



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

13 de quibusdam aliis Pœnis diunitus immissis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

nofter Iesus Christus palam reprehendit Pharisaeorum iustitiam, & mores, Matt. c. 23. Hoc enim & confundit, & pudore afficit delinquentes grauitis, & ad resipiscenciam stimulat, & ad Theff. 3. qui plus de huius seculi fama solliciti sunt, quam de salute. Factiq; ad exemplum aliorum, vt ceteri timorem habeant, i. ad Tim. 5. Quod peccata sunt occulta vel secreta, priuatim argui delinquentes debent, & plerumque, 2. q. 7. vide c. noui, & ibi Pan. de iud. forsan enim hic priuata admonitione lucrabitur quis animam fratris. Comminari dicunt Iurifconsulti pro reprehensione, l. 1. §. cum parro- nus, de off. praef. vrb. Comminationes autem istae etiam a iudice fa- ctas, non infamant, l. inter locutio praesidis, 19. ex quib. cau. infra. irreg. C. facit vit. Commi. epist. C. auctor. rei iud. non hab. lib. 7. C. tit. 57.

De quibusdam aliis poenis diuinitus im- missis. CAP. 13.

- 1 Plaga Aegyptiaca quae.
- 2 Animalibus minus quibusdam illata clades & damna ciuitati- bus, & oppidis.
- 3 Vis maior quid in iure, & quid contineat.

1 Vntalia poene diuinae & saepe in populo commissa, quales plae Exodi c. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Inter eas quod putrescent aquae, & pi- fces moriantur, Exod. c. 7. hincq; damna & agritudines bibentibus oriantur ex aquis insalubribus. Et ad poenam etiam diuinam pertinent immixtae praeter naturam consuetudinem ratione, musca caninae, quibus flagellauit Deus Aegyptum. Exod. c. 8. Vesicae tur- gentes, grando, eo. c. 9. locustae, eo. c. 10. Quae & quomuis per se, & pauca numero non valde noceant, tamen dum referunt iram Dei, & multitudine incedunt, stragem magnam pariunt. Nam & Plinius testatur, lib. 8. cap. 29. in Hispania suffocatum a cuculicis oppidum, a talpis in Thessalia, a ranis in Gallia ciuitatem pulsam, & a locustis in Africa, a muribus incolas a Gyaro Cycladum insula fugatos, a serpentibus Amyclas deletas, ab icorpionibus ingentem deletam regionem & desertam factam in Aethiopia, ab scolopendris abactos Terrenses, a ranis quoque insula pulsi Attariotae, Diod. Sic. lib. 4. c. 3. Sunt & huiusmodi, Nix, grando, glacies, ignis, spiritus procellarum, quae faciunt verbum Deo, Psalm. 10. Et rursum, Plura super peccatores laqueos ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum, Psal. 104. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem virentem, Psal. 103. Huc terrae motus, ventorum tempe- states, fulmina, aliaque id genus repentina velim referri: quae etsi naturalem causam habere possint, tam saepe in vltionem & fla- gella impiorum, & ad bonorum probationem, & tetationem con- citantur, vt ex Iob. historia ca. 1. apparet. Hae, & vis maioris no- mine a Caio Iurifconsulto dicuntur, l. si merces, 28. §. vis maior, de loc. lib. 19. P. tit. 2. de iur. hoc est, diuinitus contingentia, & quibus per hominem resisti nequeat: & ideo nec conductoris periculo sint. Theophrastus 5. de caus. Plant. vocat, & πύριον & δαίμων & αἰθήρ, i. causam diuinitus immisissam. Cuius exemplum 2. de a. c. 10. 11. id est, grandinem procellentem, ponit Plinius quoque lib. 18. c. 28. dum de sterilit. cau. agit, vim maiorem tempestates dixit, in quibus gran- dines, procellae, & similia exeuntia ab horridis hyberibus, vt ab Aethuro, Orione, Haedis. Vlpianus l. ex cond. l. 10. §. si vis tempe- statis, loc. n. P. vim tempestatis calamitosam dixit, secundum Ser- uilium, cui resisti non potest, vt puta fluminum, graculorum, stur- norum, & similibus.

De poena mortis in genere. Cap. 14.

- 1 Mors naturalis in poenam imposita, & illa quatuorplex.
- 2 Morimur omnes, etiam si noluerimus.
- 3 Mors violenta vnde orta.
- 4 Mors spiritalis duplex.
- 5 Mors corporalis poena in spiritualem conuersa.
- 6 Sanguinis sententiam cur ecclesia non proferat.
- 7 Mors supplicia diuersa.
- 8 Cadavera punitorum, quare in sepultra relinquuntur.
- 9 Mors supplicium non nisi difficulter inferendum, non temere.

1 Ecclesiasticus c. 39. dixit, ignem, & grandinem, famem, & mor- tem ad vindictam creatam esse. Sed & inuenimus aliam, sed gra- uiores poenam diuinam, mortem scilicet, pro peccatis homini- bus impositam: eamque triplicem: hanc scilicet naturalem, qua omnes tandem aliquando plectimur. Item eam, qua adhuc acce- leratur naturalis, dicta violenta. Et tertiam omnium maiorem, aeternam. Dicimus & mortem corporalem, spiritualem, & ge-

hennalem: corporalem, naturalem, & violentam, in can. si. de poe- ni. dist. 1. 5. De gehennali in poenis reservatis alteri seculo a Deo dicemus. De aliis nunc pauca, & de morte ciuili. Itaque alia poe- na diuina hominibus a Deo imposita ob scelera, est mortuus vitae naturalis. Nam in eam incidimus omnes, & ad hanc damna- ti ob peccatum primum hominis, qui dum voluit similes esse al- tissimo, & credidit temere se Deo posse fieri similem, mortalis factus est, ob contemptum diuini praeccepti, quod hanc poenam ha- bebat impositam, Genes. 1. & 3. Sic & separatur compago homi- nis, anima a corpore, Cic. 1. Tuscul. & omnibus hominibus con- stitutum est, ita semel mori, ad Hebr. 9. D. Paul. ca. in ecclesiastico, 13. quae. 2. A muliere factum est initium peccati, & per illam om- nes morimur, Ecclesiastico cap. 2. 5. moritur doctus & indoctus, Ecclesiastes cap. 2. rex hodie est, & cras morietur, Ecclesiastico c. 10. Et in Adamo omnes moriuntur, i. ad Corinth. 15. In summa, in- quit David, Psalm. 81. omnes sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. Peccatum illud originale, quod mor- tis poenam habuit, nobiscum nascitur, Psal. 50. Ecce enim in ini- quitatibus conceptus sum, &c. Mors proinde, vt poena peccati, natu- ralis nobis perpetuo imminet, & omnes morimur, quasi aquae dilabimur in terram, 2. Reg. 17. quae non reuertuntur. Vtque natu- rale nasci, ita & quoque naturale mori. Voluit homo primus nimium edere, verita gustare: omnis homo, poena respondente delicto, fame perit. Si eam manducare posset, spes vitae tempo- ralis esset: sed dum organa impediuntur, qualitates & tempera- menta mutantur: dum spiritus seu anima se iungitur, corpus hoc sine alimento congruo in terram concidit. Sic omnes intereunt velint nolint, vt pluribus locis eximie explicat Horatius Carm. 1.

Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernam,

Regum, turres.

Et idem Carm. 2.

Vnde scilicet omnibus, Quicumq; terra munere vescimur, Enauiganda, sine reges, Sive in opes erimus coloni.

Et idem 3. Carm.

Mors est fugacem persequitur virum, Nec parcat imbellis iuuentae Poplitibus, timidos, tergo.

Statius in 2. Syl.

Quicquid habent, ortus, finem times, ibimus omnes, Ibimus immensis vnam quatit Aiacus umbris.

Et Sbylla lib. 1. Oracul.

Id est, Si genitum est, indubio & inierit.

Cicero mortem ait esse paratam, Cic. 4. inuol. in Catil. & definitam, idem pro Sestio, necesse mori, idem 2. Tuscul. Et si hoc tempo- re non obieris diem, paucis post diebus esse tibi moriedum, quia homo natus est, idem lib. 4. Famil. epist. Ouidius in epist. mortem & inenitabilem, & pariter poenam esse docet paucis, Sed rigidum ius est, & inenitabile mortis, &c. Occurrunt animo pereundi mille figurae.

Morsq; minus poena, quam mora mortis habet.

Et Lucanus 8.

Mors vltima poena est, scilicet temporalium suppliciorum.

Et Propertius lib. 3.

Est mala, sed cunctis ista terenda via est.

Et apud Euripidem in Iphig. in Aulide alt. 5. vers. 336.

Id est, Mors ingens & atrox malum est.

Et Homerus Odys. 3.

Ad, ητοι δαυλον ηδ εμοισιν, ηδ εδολ ηρεγ ηδ οηλα ανδρι δυβαι ηδ αλαχουιν, ηδ απι τεκεν δη μοιρ ελον ηδ ελαησι τυνηλεηδ εδανατοιο.

Id est,

Verum enimvero mortem omnibus communem, nec, Dii ipse Etiam ab amato viro poterunt, arcere, quando cunq; tamen Fatum perniciosum corripuerit aspera mortis.

Sed haec haec tenus de poena mortis naturalis, & necessitate illa fa- tali, ne incidamus in illa quotidiana & vulgaria quae cognita sunt. Dicamus & de morte illa violenta, quae non ex corruptione cor- poris, sed extrinsecus in poenam malefactorum imponitur a Deo in lege Moysaica. Atque nemo, qui eam legerit, dubitat, saepe ob grauiora facinora, quibus vix castigatio proficit, vel in detestatio- ne criminis, vel ad exemplum, impositam mortem, Exo. 11. 19. 21. Levit.